



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Het Paradys Der Gheestelijcke En Kerckelycke
Lof-Sangen, Op de principaelste Feest-daghen des
gheheelen Jaers**

Afhakker, Aegidius

T'Shertogenbosch, 1627

Psalmvs 138.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55083)

Qui seminant in lacrymis : in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant:mittentes semina sua.
Venientes autem venient cum exultatione :
portantes manipulos suos.

Gloria Patri, & Filio.

PSALMVS 138.

Domine probasti me, & cognovisti me : tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè : semitam meam & funiculum meum investigasti

Et omnes vias meas prævidisti : quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognovisti omnia, novissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me : confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

si ascendero in cælum, tu illic es : si descendero in infernum, ades.

si sumpsero pennas meas diluculo : & habitavero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebrę non obscurabuntur à te, & nox

sicut

sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus: ita
& lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me
de utero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnifica-
tus es: mirabilia opera tua, & anima mea cog-
noscit nimis.

Non est occultatum os meum à te, quod fe-
cisti in occulto: & substantia mea in inferiori-
bus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in
libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur,
& nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui
Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multipli-
cabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

si occideris Deus peccatores: viri sanguinum
declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: Accipient in va-
nitate civitates tuas.

Nónne qui oderunt te Domine, oderam: &
super inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti
sunt mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga
me, & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc
me in via æterna.

Gloria, Patri, & Filio.